



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,  
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus  
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1679**

Eiusdem epistola ad illustrem feminam Iussolinam & filios ejus, eiusdem  
argumenti cum superiore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14735**

P A  
onafit.  
dilect  
Abbas  
justitia  
ellit Ec  
rovide  
viden  
Petri de  
esia ju  
n spin  
um di  
ectione  
fili Be  
nsu an  
umqu  
entibus  
uam ei  
ia Paf  
isse di  
x sedi  
onaste  
no pra  
orenti  
r indu  
reduci  
gratiar  
omana  
tiū &  
nto ita  
Semper  
eamini  
habeāmini grātia digniores. Si qua sanē persona te-  
merē, quod absit, nostrā huic commissioni obviare  
tentaverit, honoris & officij sui periculum patiatur,  
aut excommunicationis ultione plectatur, nisi præ-  
sumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Ego Calixtus catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Iohannes Presbyter Cardinalis de Titulo  
sancti Grisogoni.

Ego Petrus Diaconus Cardinalis sanctorum Cos-  
mae & Damiani.

Datum apud sanctum Theodardum per manum  
Grisogoni sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardi-  
nalis ac Bibliothecarij xiiii. Kalendas Augusti, In-  
dictione xii. dominicæ incarnationis anno m̄c̄xix.  
Pontificatus autem Domini Calixti secundi Papæ  
anno primo.

**E IV S D E M E P I S T O L A**  
ad illustrem feminam Iussolinam & filios  
ejus, ejusdem argumenti cum superiore.

**C** Alixtus Episcopus servus servorum Dei dile- Anno m̄c̄xix  
ctæ filiæ Iussolinæ illustri feminæ & filiis ejus  
Petro Sicardi & Rainardo de Perignano salutem &  
apostolicam benedictionem. Gratias omnipotenti  
Deo & nobilitati vestræ referimus quod beati Petri  
de Valeriis Ecclesiam, quæ Romanæ Ecclesiæ juris  
est, tamquam boni patroni & juvistis hactenus &  
fovistis. Rogamus autem ut id ipsum deinceps me-  
lior per Deigratiam faciatis. Nos enim destructioni  
ejusdem loci affectione debita condolentes, eum di-  
lecto filio nostro Berengario Crassensi Abbatii & suc-  
cessoribus ejus regendum disponendumque commisi-  
mus cum omnibus honoribus & possessionibus suis

N

& cum omni libertate & immunitate, sicut in Domini prædecessoris nostri sanctæ memoriae Paschalii Papæ privilegio continetur. Confidimus enim de omnipotentis Dei misericordia quia per ejus industriam locus idem tam in spiritualibus quam in temporalibus etiam poterit restaurari. Iterum ergo dilectionem vestram rogamus, & vobis in peccatorum vestrorum remissionem injungimus, ut secundum datam divinitus facultatem prædictam Ecclesiam juvare amplius & sustentare curetis. Si qui autem adversus hanc commissionem nostram agentaverit, vos eundem locum protectionis vestra auxilio defendatis. Omnipotens Dominus beatum Apostolorum Petri & Pauli precibus vos, quae ei placita sunt operantes, ab omnibus peccatis absolvat, & ad vitam perducat æternam. Amen. Datum apud sanctum Teudardum xiiii. Kalendas Augusti, Indictione xi.

*E IV S D E M C A L L I S T I B V L L A  
de privilegiis monasterij sanctæ Mariæ Iosaphat in diœcesi Carnotensi.*

Anno 1119.

**C**Alixtus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Girardo Abbatii monasterij sanctæ Mariæ Iosaphat juxta Leugas in Carnotensi videlicet parochia siti, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum, ut fidelis devotionem sortiatur effectum. Proinde nos, dilecte in Christo fili Giralde Abbas, tam tuis quam venerabilis fratris nostri Gaufridi Carnotensis Episcopi petitionibus annuentes, beatæ Mariæ monasterium, cui Deo auctore præsides, in apostolica